

Scuttetia in villa Brzeszice Petro et  
Stanislawo fratribus iure hereditaria  
confertur.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam  
rei memoriam. Cum inter humana natu-  
ra commoda nihil dignius memoria haberi  
atur opportunum existit ut actus hominum  
testium annotatione perhenerentur ne lapsu  
temporis evanescant, proinde nos Vladislav  
Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum  
Crawoie, Sandomiriae, Siiradiae, Lanciciae, Cu-  
iaviae, Lithuanieque princeps supremus Po-  
meraniae, Russiaeque dominus et heres.

Significamus tenore presentium, quibus  
expedit universis presentibus et futuris  
presentium notitiam habituris. Quomodo  
oblata nobis petitio per strenuum Johan-  
nem Gamvath de Klimontow heredem con-  
tinebat quatenus sibi literam divi prede-  
cessoris nostri domini Casimiri olim Poloniae  
regis, quam tunc nobis aliquantulum demolita  
exhibuit et monstravit, innovare, ratificare,  
gratificare, et confirmare dignaremur. Cuius  
quidem literae tenor per omnia sequitur in



in haec verba. In nomine Domini amen.  
Quod magnifica regum decrevit auctoritas  
ratum atque stabile debet perpetuo perma-  
nere. Idcirco nos Casimirus Dei gratia  
rex Poloniae, ac Terrarum Cracoviae, Sandomi-  
riae, Siradiae, Lantitiae, Cuiaviae, Pomeraniae,  
Russiaeque dominus et haeres & ad notitiam  
universorum tam presentium quam futu-  
rorum volumus devenire, quod propter fi-  
delia servitia Petri et Stanislai fratrum  
germanorum nostrorum fidelium, qui no-  
bis in locatione villa nostra Brzeszere  
vulgariter nuncupatae impediunt in districtu  
Beyceusi situatae, ex parte ipsius et eorum  
successoribus scuttetiam in praedicta villa  
Brzeszere nostra ratione dictae locatio-  
nis iure hereditario damus, conferimus,  
et perpetuis temporibus assignamus, cum  
potestate vendendi, commutandi, et quovis  
titulo alienandi, nostro tamen et successorum  
nostrorum de consensu: redditus vero infra-  
scriptos ad dictam scuttetiam deputamus,  
videlicet duos mansos liberos, tabernam li-  
beram, molendinum liberum, mensam panis,



panis, sutorum, et macellum liberum; Sextum  
 denarium de censibus et terrarum de quali-  
 bet re iudicata, que omnia supradicta ad ean-  
 dem scultetiam volumus pertinere. Ceterum  
 predictis fratribus Petro et Stanislao vendidi-  
 mus pro decem marcis antiquum campum  
 cum rubetis dicti Bankowe incipiendo a  
 via antiqua qua itur de Reschowicze us-  
 que in Neglowicze iungentes eundem cam-  
 pum ad scultetiam supradictam. Praterea  
 volumus, ut eadem villa Brzeszcze iure  
 theuthonico gaudeat Maydurgensi per-  
 petue, que admodum alie nostre ville in  
 terra nostra Beycensi locata eodem iure  
 Maydurgensi Theuthonico gaudere Dino-  
 scuntur, ita tamen quod eidem Scultthetis  
 et eorum successoribus omnes causas cri-  
 minales, puta furti, sanguinis, homicidii,  
 membrorum mutilationibus licebit perpetuis  
 temporibus iudicare. Insuper omnes incolae  
 ejusdem ville pro censu octo scotos a vi-  
 ginti ova, et duos caseos ratione honoris,  
 in festo Pasche nobis et nostris succes-  
 soribus. Pro decima autem ad quem perti-  
 nebit de iure sex scotos grossorum. Pragens



Pragensium in festo sancti Martini con-  
fessoris singulis annis solvere tenebuntur,  
demum prefati fratres videlicet Petrus et Sta-  
nislau et eorum posteritas nobis et nostris  
successoribus posteris, ad quamlibet expedi-  
tionem cum Balista, in quo seruire, et fer-  
reo pileo sint astricti, etiam ut rubeta  
predicti campi. Brandhoue antiqui vale-  
ant redigi in uberiores conditiones, et  
nunc omnibus incolis in prefatis rubetis  
locandis, ab omnibus nostris solutionibus,  
collectis, contributionibus à sep, rectoribus con-  
ductibus, laboribus nostris, angariis et præ-  
angariis universis, quocumque titulo nun-  
cupentur, infra sex annos datam præsen-  
tium continue secuturos, plenam et omni-  
modam tribuimus libertatem, quâ elapsâ  
eadem incolæ censum, decimam, et alia in-  
ra impendent, quæ incolæ seu functiones  
prefate ville Brzeszow ab antiquo sol-  
vere et impedere consueverunt. Harum  
quibus sigillum nostrum appensum est  
testimonio literarum. Actum et datum  
in Beycz in crastino sancti Valentini  
martyris, sub anno Domini millesimo tre-



23.  
millesimo trecentesimo sexagesimo septimo  
presentibus Johanne castellano Cracoviensi,  
Raphaële Sandoniviciensi, Petro capitaneo  
Sandecensi, Dzedborio subcapifero Cracovi-  
ensi, Pelka mareschalo curie nostre, Fran-  
dotha de Miculowicz, et aliis quam mul-  
tis fide dignis. Scriptum acute per Jaco-  
bum de Ossowa notarium curie nostre re-  
galis. Nos itaque memorati Johannes Ja-  
mnoch iustis acclinati petitionibus, literam  
ipsius eandem, de inuata uobis celsitudi-  
nis clementia ratificamus, gratificamus, in-  
novamus, approbamus, et tenore presentium  
confirmamus, decernentes ipsam robur per-  
petue firmitatis obtinere, harum quibus  
sigillum nostrum appensum est testimo-  
nio literarum. Actum in Mechoria feria  
secunda post dominicam oculi, anno Do-  
mini millesimo quadringentesimo decimo  
octavo, presentibus reverendis in Christo  
patribus Dominis Alberto Dei gratia Cra-  
coviensi palatino Chetmensi, episcopis ecclesi-  
arum, nec non strenuis viris Zbigneo de  
Jora Castellano Rosperyensi, Paschcone de



de Bogumitowice iudice, Wyrabentha de  
Branicze tribuno et Paschone Stodzey Gla  
dysiacoviensi, multisque aliis nostris fidei  
libus fidedignis. Datur per manus eundem  
reverendi in Christo patris Domini Alberti  
episcopi Cracoviensis regni Poloniae cancella  
rii, et venerabilis Domini Dionysii Sedis  
Apostolicae prothouotarii, praepositi sancti  
Floriani et decani Cracoviensis eiusdem re  
gni Poloniae vicecancellarii, nobis sincerè  
Dilectorum

Ad relationem eiusdem Domini  
in Donyu Ar. Pol. vicecan.  
Takopia wypisana z originatu par  
gaminowego 1785. roku § 28.  
Aprilis, od którego odzwana jest  
pieczęć.